188

## Literæ credentiales nuntiis ad conventus particulares missis, datæ.

Sigismundus Dei gratia rex Poloniæ etc: Universis et singulis prelatis, proceribus, consiliariis et officialibus, ac cæteris in conventu N. congregatis, sincere et fidelibus nostris dilectis, salutem et gratiam regiam. Mittimus in medium vestrarum sinceritatum N. cui commisimus præsentes reipublicæ necessitates, et voluntatem nostram de illis, eisdem sinceritatibus vestris referre. Quare hortamur illas, ut ei plenam fidem adhibeant, idque exequi curent, quod nostro nomine ad consulendum reipublicæ necessarium, declarabit. Debitum suum, et nobis rem gratam facturæ. Et bene valeant. Datum Cracoviæ 1524.